



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 18. 19. & 20.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

tum esse docet, adeoque prædictum, & ita esse miracula monstrabant.

In Psalmo 8. 3. in Hebræo est *וַיִּשְׁתַּחֲוֶהוּ* iisthatha ghov, fundasti fortitudinem. vbi 70. *וַיִּשְׁתַּחֲוֶהוּ* aliorum, *aprafi*, vel *concinnafi* laudem. Syrus habet *תִּצְנַחֲתָא* Thacnath à *צָנַח* quod est *preparare, stabilire*. De illis verbis suo loco disserui, nunc id solum moneo, improbos esse qui hic veterem interpretem, & 70. car-

Pueri Spiritu Sancto instincti sunt locuti. punt, cum Christus eam interpretationem sequatur. Porro adulti laudationem inchoarunt, secuti sunt pueri, & infantes, non tam naturali imitandi consuetudine, sed inspiratione diuina, omnino enim à Deo decretum erat, & à Propheta prædictum. Adeo ut si sacerdotes lapidibus duriores impedire plausum conarentur, lapides ipsi locuti fuerint, Et sic nim factum non est, fieri tamen potuit. Non autem de re puerili, & fortuita, sed singulari Spiritus Sancti opere locutus est David. Per *ἁγίων* vocantur, infantes, non quod fieri non possent, sed quod pueri essent, quibus fandi ius non esset, quod suarum verum arbitri per ætatem nondum esse possent. Per hos ergo loquitur Spiritus Sanctus, quorum animos malignitas & lior nondum infecit.

Monent Christum. §. 2. Rigide agunt, & pro imperio, vanitatis enim illum accusabant, qui ambitione fucentes insonanti necem meditabantur. *ἀνέβη τὸ ὄνειδος λέγειν*; audis quid isti dicant? alia exemplaria, *ὄν ἀνέβη*; non audis? Quod si infantes nondum per ætatem articulate loquentes esse dicamus, cum Chrysostomo, & Euthymio, maior Phariseorum contumacia merito iudicabitur, qui ne illo quidem miraculo dignitatem Messiae agnouerint. Sed malo lactentes eos dicere, qui iam formare voces didicerant. Poterat vero illis merito obici, *ἀνέβη*, quid isti dicant? Quomodo ad diuinæ potentie vos instruunt agnitionem pueri doctores Israelis? Quin etiam gentium vocationem, in hymnodia infantum Chrysostomus figuratam ostendit. *Quam rectissime Ex ore dictum est: non enim ex mente illorum illa verba procedebant, sed virtute ipsius, tenera illorum lingua ad formanda hec verba ducebatur. Quare balbutientes tunc gentes, quæ post ex fide maxime sonuerunt, figurate significauit. Apostolos quoque nimirum confortauit. Nam ne ambigerent, quomodo rudes homines tantam rem potuerunt predicare, hoc infantum exemplo. Vniuersa huiusmodi mentis angustia sedari potuit, cum dubitare nequissent, quin & ipsis facultatem dicendi daturus sit, qui paruulos fecerat eloquentes. Adhuc natura quoque dominum atque creatorem, miraculum demonstrabat. Infantes igitur quamuis maturam ætatem non haberent, fausta tamen & rebus supernis conuenientia decantabant: viri autem quasi furiosi loquebantur.*

VERSUS 17.

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit.

QUESTIO I.

Cur in Bethaniam rediit?

In Bethaniam rediit. §. 1. NE maiore conatu præsentem oppugnant, respirandi tempus dedit, & spacium furori. Ea etiam causa fuit, quod eius præsentia, & consuetudine prorsus essent indigni, qui tam impudenter tot miracula, & veritatem oppugnant, propterea gloriæ & quæstus gratia. Gratus ait in Bethania voluisse *ἵνα ὁμιλῇ* conueneret: quod etiam prudenter factum, ne ad hospitium tot millibus concurrentibus, habitatem petentibus, & inter se disceptantibus, tumultus aliquis oriretur, atque etiam hospitem in aliquod peri-

culum induceret. Seditionis autem contrahenda omnem suspicionem amouit, quod dimissa turba in locum solitatum se recepisset, nullos oculos, aut nocturnos conuentus celebrasset, sed mane ex Bethania publice in templum progressus salutaria doceret. Inimicis omnia audientibus.

VERSUS 18. 19. & 20.

Mane autem reuertens in ciuitatem esurit. Et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes: Quomodo continuo aruit.

QUESTIO I.

Cur ficum arefecit?

§. 1. NON simulata, sed vera fames fuit, ut qui in oratione pernoctasset, aut in cenatu, aut tenuiter refectus. Chrysostomus miraculo fici memorem existimat, ut nouo miraculo locus esset. Undecunque & quocunque modo eluriet, satis inter plerisque conuenit veram fuisse, atque eius, qua salutem omnium anxie desiderabat, typum.

§. 2. Fructum non inuenit, non erat enim tempus fructuum, ut Marci 11. 13. habetur. Quod ignota ne puer quidem potuit, sed miraculi occasione quaesivit, ut discipulis iam moriturus ostenderet, se iterum Dominum, & posse se tam facile omnium inimicorum vires vno nutu conterere, si mori iuberet, quam ficum arefacere. Hominem enim subito extinguendi vilitatem, arbores non nisi sensim arefcunt. Habet tamen & hoc factum mysterii significationem. Non enim ira, sed iudicio lignum arefecit. Apostolis reo ostendit, vltionem modum, & vires sibi non desisse, sed in homines illis uti nolle. Perituros tamen iudeos, qui foliis carimoniarum inaniam nullos vere pietatis conditos fructus haberent, folia enim fontidorum tegendorumque fructuum causa data sunt. Chrysostomus in hunc modum exponit. Cum igitur gratia maledicta est: certe viri discipuli considerent. Nam quoniam semper beneficia conferens, nullum unquam puniuit, conueniebat autem ut puniendi virtutem aliquo exemplo demonstraret, ut tam discipuli quam iudei sibi persuaderent, per posse solummodo ipsum crucifigentes exiccare, sed spontanea sustinere puniendi virtutem non in hominem, sed in arborem opportune nunc demonstrauit. Cum autem loca vel planta, vel animantes rationis expertes, tale quid patiuntur, noli curiosius, quare ita factum sit inuestigare. Non ergo quare, virum merito exiccata sit ficus, sed tempus non erat fructuum, delirationis id mihi nempe videtur extrema, sed ipsum solummodo considerans admirare, & creatori gloriam reddere. Sic & in submersis porcis rationem instituta diligenter inquirentes multificerunt, quibus mens adhibenda non est. Sicut enim per citationem sic & planta animam caret.

§. 2. Caluinus nescisse putat, quæ arbor esset, sed in eo sita est difficultas, ait, quomodo deceptus fuerit, fructum in arbore quaerens, præsertim cum nondum esset, maturum fructibus tempus. Sed nihil absurdum est, si dicamus secundum hominem speciem arboris fuisse illi incognitam: fieri tamen potest, ut consilio accesserit, euentum non ignorans. Respon-

Respondeo non ignorasse quæ esset arbor, cum in via esset, & crebrius visa, cum Martius esset, quo nec alie arbores fructus habebant.

Abstrudum autem est, a borem ad viam positam, quam sepe transit, Christo ignoratam, quia intima cogitatio non notat, & absentia peruidebat. Ficum esse ignorare non poterat, multo minus anni tempus ignorabat, quo nullos esse arbores fructus maturos sciebat. Nequicquam igitur hoc factum ad veteres Agnoëtarum hæreses reuocandas detorquet Caluinus, quem etiam Zvinglius in eodem errore antecessit, secutus est Beza, Danæus, Iunius. Quamvis Danæus infusam, & beatam Christo scientiam concedit. Stolidè tamen imaginatur, nisi Christus ignorantia obnoxius sit, fore illius scientiam diuinam parem. Non enim vtriusque obiectum distinguit. Christus enim per humanam scientiam præsentia nouit, & futura, quæ Deus cognoscit scientia visionis, non possibilia, non Deum ipsum comprehendit. Absit sane, ut animæ Christi omniscientiam essentialiter inesse dicamus, aut id posse, quod porcinæ creata.

Caluinus porro Augustinus refutat. Serm. 4. de verbis Domini. Tales nos in scholâ Christi esse debemus. Qui enim dicit Christum propterea tantum scisse miracula, ut non essent nisi miracula, potest illum etiam dicere nescire, quænam quod non esset tempus porcorum, quando ficus quæsiuit in arbore. Non enim erat illius poni tempus, sicut Euangelista testatur. Et tamen gurienti poma quæsiuit in arbore. Christus nesciebat, quid gustum sciebat? Quod nouerat arboris cultor, non nouerat arboris creator. cum ergo esuriens poma quæsiuit in arbore, significauit aliquid aliud se esurire, & aliquid aliud querere: & arborem illam sine fructu solis plenam reperit, & maledixit, & aruit. Quid arbor fecerat fructum non asserendo. Quæ culpa arboris infecunditas? Sed sunt, qui fructum voluntate dare non possunt. Illorum est culpa sterilitas, quorum fecunditas est voluntas.

Omnis creata scientia accidens est. Millies clamat Aristoteles in *Metaphysicis* esse non *scire*, sed *συμπεθεῖν*, non substantiam, sed accidens. Solius Dei scientia est & ipsa Deus, essentia Dei. Longe etiam absumus ab errore Vbiquitistarum, qui diuinam scientiam, & omnipotentiam realiter humanitati communicatam esse somniant.

Porro quod Danæus sententiam de omniscientia Christi nefandam hæresin Apollinistarum, & Monothelitarum vocat, suam ipse cum maleuolentia infectam prodit. Hæretici illi in Christo negabant esse *τὸν τὸν ἀνθρώπου*, humanam mentem, eius in locum *τὸν λόγον*, verbum substituiebant, itaque verum hominem Christum esse negabant, non enim caro sola hominem facit. Ita Apollinistas, at Monothelitas humanam in Christo voluntatem inficiabantur. Nos Christum verum Deum, verum hominem corpore & anima, quæ mentem & voluntatem habeat prædicitum confitemur. Diuinitate prorsus omnia scientiæ, etiam possibilia, humanâ scientiâ, omnia præsentia, præterita, futura cognoscere dicimus, cum sit Dominus, Iudex, gubernator omnium. Quod vero addit. Quid (p. 275.) sentiunt & scribunt, aut essentialiter illam omniscientiam animæ Christi, qua homo est, competere volunt, & sic animam Christi Deum, sed nouum & recentem constitunt, ac proinde sunt idololatæ. Pl. 81. v. 10. Rom. 1. v. 20. Galat. 4. v. 8. aut accidentaliter, nempe participatiue, communicatiue, & per effusionem, sicut Bellarminus loquitur, & sic equant Vbiquitarii. Respondet noster Grefserus. Animam Christi creatam non increata scientia donatam. Alia prorsus est Vbiquitariorum ratio, qui diuinam omniscientiam cætera quæ attributa realiter humanitati esse communicata communiscunt.

Adami Conzen in Euang. Tom. 1.

§. 3. Zvinglius Ierosolymorum excidium sicut arboris parabola prædictum existimat, unde concludit fabulas esse, quæ de restitutione corporalis Ierosolymæ nugantur.

Respondeo. Ficum arefactam non modo Ierosolymorum, sed generatim Iudæorum esse typum, seu gentis Israeliticæ: In hunc tamen modum applicandam parabolam: ne dicamus omni prorsus fructu Iudæos caruisse, atque omnem plane vigorem spiritalem extinctum esse, ut nulla re Deo placeret. Quasi nullus in æternum ex Israel, vel ciuibus Ierosolymitanis sit conuerendus. Multi enim ab Apostolis conuersi sunt, multi etiam indies conuerterentur, & circa mundi finem plenitudo Iudæorum Ecclesiam ingredientur, ut Apostolus in Epistola Romana prophetat. Deinde in ea urbe mansit nobilis Christianorum Ecclesia, & post vastationem in hodiernum vsque diem Christiani eo in loco resident. Similitudo in eo igitur consistit, quod quemadmodum ficus exaruit, quæ sola folia sine fructu habuit, ita Synagoga quoque, solis carimoniis, & externis ritibus, sine Spiritus Sancti fructibus sefferentem, esse desitutam, non restituta republica, aut legibus eius, vsque in æternum. Non igitur de lapidibus & lignis sermo est, sed de republica sacra, & profana, quæ non est in parietibus.

Hæc ita desit, ut restituenda nunquam sit, ciuitas ad tempus restitueretur, sed maiore Iudæorum damno. Cum enim iam fructus deesset, frondes autem, & folia ad fructuum duntaxat tutelam, & ornatum datæ sint, ut poma foueant, à frigore, & calore defendant, noluit frustra illa Deus adesse, nec ornari arbores sine causa: illa ergo decuti subtrahendo succo voluit, ut appareret *τὸν δένδρον ψιλῶς* nuditas, toto orbe. Postquam enim redemptorem gentis impia abdicaui, omni iustitiæ fructu destituti regnum, sacerdotium, libertatem, Rempublicam, terram promissam amiserunt, caeremonias omnes, exulto templo Deus detraxit: Iam enim toto orbe gens misera, & impia vagatur, & per omnia dura vitam exigit. Hæc autem Ierosolym non restituentur, quamuis urbs ipsa idololatriæ, & readificationis Antichristianismi metropolis iterum excitanda sit.

VERSUS 23.

Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentes principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: in qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?

QVÆSTIO I.

Qualem fidem exigit?

§. 1. Idem magnam, & solidam, & *κατὰ δύναμιν* firmam, non discernatis, non *ἀντιστοιχεί* hastaueritis, nempe inter magnum opus, & paruum; ne putetis leuem Fides maioribus sanari fide vestra posse, incurabilem non posse. Quod de monte dicit, legendum est tollere & iactare, per r caninam literam, non tolle te, & iacta te, per duas dictiones, & T literam, quæ crucis est symbolum, est enim *ἀντιστοιχεί*. & ita Mar. 11. 23. Luc. 17. 6.

§. 2. Caluinus hoc loco fidem precationi iunctam Oratio si requirit. Si enim tantum diceret fore, quicquid optabimus, quibusdam nimis imperio sam, & securam fidem vsum in pronuntiat, deinde subdit. Quare eos vere deum credere ostendit Christus, qui bonitate eius & promissionibus freti, suppliciter ad ipsum confugiunt. Hic vere locus ad vim naturamque fidei exprimendam